

per quam possunt, cum volant viuentibus mirabiliter apparet Deo volente, & sic apparitio huiusmodi est secundum gloriam virtutem quasi naturale, non autem animæ secundum se. Sed damnatae animæ non possunt apparet tali modo pro sua uoluntate, ergo non est naturale earum apparitio. Tertio apparitio animæ potest considerari ex parte diuina prouidentie, & isto modo dicendum quod ex diuina prouidentia, animæ que sunt in purgatorio, & etiam animæ damnatorum, necnon et malii angeli permittuntur viuentibus apparet propter plures rationes, videlicet.

Grego.

Primo. Animæ de purgatorio præcipue apparent propter petitionem suffragiorum a viuis, ut patet ex q.li dialo. Gregorij. Secundo. Animæ felices in celo præcipue apparent propter auxiliationem oppresorum fidelium, sicut beatus Felix martyris ciuibus Nolani apparet cum a Barbaris expugnaretur, & sanctus Lucas Antiochenus. Addo quod beati apparent etiam sepe propter salutem, & deuotorum consolationem, aut affectionem in mortis hora, aut huiusmodi causare. Tertiio. Animæ que sunt in inferno apparent præcipue propter eruditio[n]em & terrorum hominum Deo volente, ut corrigan[tur] & reuocentur a peccatis ipsi viui ex reuelatione p[ro]ceriarum acerbissimiarum, & huiusmodi alii causare. Addo quartio. Animæ que in vete test. erant in limbo sanctorum aliquando apparetuerunt propter confortationem fidelium, scilicet in bello contra hostes, ut patet de H[abitu] remia Propheta, & Onia qui apparetur Iude. 2. Macha. 15. Ultimo demones apparet intendunt maxime propter decpcionem incautorum, sicut Sauli, qui per tuum phitonismum diuinare, & Samuelem suscitare, apparet in forma Samuele dia bolus, secundum vnam expositionem Augustini. 1. Reg. 28. quasi aliquid phantasma, & illusio imaginaria diaboli machinatione facta, quam scriptura Samuelem appellat, sicut imagines nominibus rerum suarum appellantur, tamen alij aliter dicunt. Sed quicquid sit sufficiat mihi dicere, quod Dei charitas oia haec, & alia in bonū pro electis ordinavit, maximē apparitionem beatarum animarum, quia

semper fit propter uirorum salutem, sicut pater quādo beati Petrus, & Paulus apparuerunt Constantino. Aut simili propter consolationem, sicut beata Agatha apparet, scilicet Lucia, & ita de multis apparitionibus.

QUALITER apparent animæ separatae ut uideatur a viuis. Rāde ēm Antoniū archiepiscopum Flor. in sum. par. 1. tit. 5.

c. 1. cam Tho. ubi sup. qd Primo aliquā apparitione in suo corpore proprio resuscitato, ut legi Mat. penul. qd multa corpora sanctorum cum Christo surrexerunt, & app. multis. Secundo aliquā sine corpore resuscitato proprio, tamen in corpore ex aere asumpto, patet de Pascasio &c. Tertio aliquā h[abitu] apparitio fit operatione honorū angelorū, ignorantibus et ipsiis mortuis, sicut et viui aliquā aliis viuentibus in somnis apparent faciente angelo, illis, scilicet viuis ignorantibus, & tunc

*Quando
angelus
appareat
in perso-
na mor-
tui.*

angelus apparet in persona mortui, vedi cit Aug. li de spū & aia. cap. 28. Quemadmodum de hoc habetur in li. 2. tacitū. vi de ibi ubi Apparitio. § 5. & 6. Iste modo accidisse putatur in apparitione sancti Nicolai facta Constantino Imperatori, prohibendo videlicet necem trium principum captorum &c. Aliquando autem fit apparitio operatione malorum angelorum homini, sive dormienti, sive vigilanti, non praefertibus illis hominibus, in quorum personis apparent, vel ad decpcionem, vel ad instructionem viuentium, secundum e. Tho. in 4. di. 45. Quarto principaliiter aliquando fit apparitio Christi, uel beate Mariæ, aut aliorum sanctorum per angelum bonum personam Christi, uel illius sancti, in cuius persona apparet, representatam, sicut quando data est lex vetus in monte Sinai, angelus bonus apparet loquens in persona Dei, & similiter aliis huiusmodi. Aliquando autem h[abitu] apparitione etiam in persona Christi fit p[ro]ma lumen angelū, qui se trasfigurat in angelū lucis, ut dicit Apost. 2. Corin. 1. 1. & hoc ad decipiendum homines; Quid facit (secundum Lyram) pluribus modis. Primo corpus afflumendo visibiliter. Ex aere, sicut legitur. qd diabolus apparet sancto Martino in specie Christi purpuratus, & dia- dematē coronatus &c.

Thom.

Lyr.

Augu.

Secunda